bergensis in Annalibus 1824. P. V p. 501 seq. Neque enim dicit poeta, vos deas a Paride indicatas (!) vidistis, sed vidistis iudicem Parim et victricem Venerem«. Consentit Graefius p. 242 »recte Popoff meus *μολοῦσαι* constantem librorum lectionem defendit, quam sine omni causa deseruit Bekkerus, eo peius faciens, quo minus commemoratis vv. 15. 16. Paridi et Veneri convenit accusat. foem. *μολούσας*, qui ne addita quidem post v. 16 Iunonis et Minervae mentione, propter praecedens et proximum Paridis nomen, satis aptus fuisset. Neque vero necesse est, de omissis eiusmodi versibus cogitare, quia satis erat, iudicem commemorasse et de Deabus eam, quae palmam reportaverat. In antecedentibus autem, ut in communi sententia, ita communi etiam genere de *ἀθανάτοις* v. 11 non *ἀθανάταις*, recte locutus est poëta, ut neque huc foem. *μολούσας* referre liceat«. Similia protulit Iulien p. 59. *μολοῦσαι* probavit etiam Iuliani censor Gottingensis. (K. O. M(üller?) in Göttinger Gelehrte Anzeigen 1825 p. 1545—1549). — **14** *ἰδαίη|σι κάρηνον* M, ut *σι* ad *κάρηνον* non ad *ιδαίη* pertinere significetur; *ἰδαίης κάρηνον* codd. dett. et edd. ante Bekkerum, nisi quod in L colon post *ἰδαίης* est, *καρηνον* (*ον* suprascr.) V; A *κ‖ρηναι* (*ι* in ras. a m. 2 *ον* suprascriptum a m. 2), et *δικάρηνον* G habet quod Steph. Lect. et Portus ediderunt; »quodsi legas *δικάρηνον* seu *τρικάρηνον*, constabit versus« Neander in marg. — Lennep postquam tria Idae promontoria a veteribus commemorari exposuerit, sic pergit »Melius paulo huic loco consultum fuisset, si alterum *τρικάρηνον* substituissent. Idam *τρικάρηνον*, non vero *δικάρηνον* Colutho fuisse, ex ipsius Phalacrae hoc loco mentione patet. Sed nec ipsum illud *τρικάρηνον*, etsi acute excogitatum et prima specie commendabile admodum, ferri potest: si enim Phalacra unum e tribus promontoriis fuerit, nullo modo commode dici posset *τρικάρηνος πρηὼν Φαλάκρης*, nisi statuas *ἐπὶ πρηῶνα τρικάρηνον Ἰδαίης Φαλάκρης* positum esse modo poëtis familiari pro *ἐπὶ πρηῶνα Φαλάκρης Ἰδαίης τρικαρήνου* idque pro *ἐπὶ π. Φ. Ἴδης τρικαρήνου*, quemadmodum *σεληναίη* pro *σελήνη*, *Ἀθηναίη* pro *Ἀθήνη*: quod tamen probabile haud videtur. *Ἰδαίη Φαλάκρη* omnino adiective capio, quemadmodum v. 4 *Ἰδαίῃσι χορείαις*, v. 69 *Ξάνθος Ἰδαῖος*, v. 100 *Ἰδαίη ἄκρη*, v. 116 *Ἰδαῖα ὄρη* et aliis in locis. Nihil adeoque superest, quam ut aliunde commodiorem scripturam circumspiciamus«. Quare p. 109 ex libri Ambrosiani scriptura *κρηνας* (sic enim ei ex hoc libro falso relatum

erat) profectus simul collato Homerico πολυπίδακος Ἴδης, id quod Ioanni Piersono quoque in mentem venerat, εὔκρηνον ἐπὶ πρηῶνα Φαλάκρης coniecit, Harlesioque probavit. Quam coniecturam qui ea de causa Wernikium secutus sprevit Bekker, quod poetae Nonnum imitati non continuaverint spondeos, merito reprehensus est a Graefio p. 242, ab Hermanno p. 8, et a Schneidero p. 431 collatis vss. 13. 21. 32. 59. 61. 83. 127. 132. 137. 146. 205. 236. 241. 282. 365. 370. — »Fallitur etiam censor Bekkeri Halensis (a. 1816. nr. 173. p. 585 ss.) εὔκρηνον proponens. E cod. Mut. Ἰδαίῃσι κάρηνον eliciendum f. Ἰδαίης ἀκάρηνον, si e geographis probandum, cacumen hoc caeteris obtusius fuisse. Si τρικάρηνον praefertur, Phalacrae nomen poëtice de toto monte Ida accipi debet«. Graef. p. 242. Graviora molitus est Schneider p. 431, qui non solum Idam, sed etiam Phalacram fuisse tricipitem veterum scriptorum testimoniis nondum probatum esse Bekkero τρικάρηνον recipienti obiciens, ἐθήησασθε, μολοῦσαι Ἴδης αἰπὺ κάρηνον, ὑπὸ πρ. Φ. scripsit, integrum, non truncatum κάρηνον propter librorum consensum putans, »corruptum autem Ἰδαίης vel Ἰδαίῃσι, quo adiectivo quum saepius usus sit Colluthus — cfr. v. 4. 70. 101. 118. 201. — videtur huius rei memoria transversum egisse eum, qui in codice scriptum invenerat sic: Ἴδης (αι suprascr.) κάρηνον, ut in αι latere putaret non omissum primum, tum suppletum et mox evanidum ex parte adiectivum αἰπύ, sed vocis Ἴδης correctionem«. Ego τρικάρηνον, Bekkero, Iuliano, Hermanno (p. 8) et Lehrsio probatum retinui, et cum Iuliano per hypallagem pro ὑπὸ Φαλάκρην, πρηῶνα Ἴδης τρικαρήνου dictum esse puto; haud aliter v. 100 Ἰδαίην ἄκρην ὄρεος pro ἄκρην Ἰδαίου ὄρεος scripsit noster. — ὑπο M 1. ἐπὶ suprascripsit M 2, ut habent codd. dett. et edd. ante Bekker., φαλάκρας (η suprascr.) M, corr. M 2. — **15** πάριν MSW [G] C post corr. et edd., πάλιν LNQR, πάρ‖ιν A, in quo ρ a m. 2 ex λ ut videtur; οἰο͞υ͞ο͞πόλοισιν M, lineolas et ν ἐφελκυστικόν add. M 2. qui in marg. οἰοπόλοισι adscripsit. — **16** Quamquam verbum ἀγάλλεσθαι absque adiecto dativo in Collutho poeta parum eleganti ferri posse existimaverit Lennep, tamen in nostro poemate nusquam ἀγάλλεσθαι nude positum reperiri monens in notis βασιλείᾳ pro βασίλειαν coniecit, quam coniecturam in Addendis improbavit a Ruhnkenio per litteras erroris admonitus collato Oppiano Hal. IV 328. 360. Nonno Dion. 9, 242; 46, 240. — ἀγαλλομένην (α suprascr.) M, sed spiritum addidit, α suprascripsit M 2.; αφροδίτην M.

— **17** *ὡς* P; *ὡ* pro vulgate *ὁ* M; *ὃ* ego scripsi. De *ὣς ὁ μὲν* cfr. Herm. p. 9 »Hic vero ubi nihil praecessit, quo referatur illud *ὣς*, non video, quomodo eo uti potuerit poeta. Nam si Homerus Iliadis librum XII verbis illis *ὣς ὃ μέν* et alias rhapsodias similiter incepit, intelligere debuit Coluthus, factum id esse sic, ut praegressa respicerentur. Censor Heidelbergensis p. 509, comparandum fuisse ait Homericum Od. I 11. *ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες, ὅσοι φύγον αἰπὺν ὄλεθρον*, *Οἴκοι ἔσαν* aliaque in medias res rapientia exordia. Horum vellem exempla, quae similia essent, dedisset. Nam .... addendum erat, referri *ἔνθα* ad verba v. 2 posita, *ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν*, itaque indicato iam tempore recte dictum esse. Coluthus nisi fallor scripserat *τοῖσι μὲν*, ut intelligerentur ex re ipsa convivae in nuptiis Pelei. Error fortasse ex eo natus, quod in antiquissimo codice scriptum erat *οἶσι μέν*, omissa littera initiali, quae ut in ipsius narrationis exordio post esset rubro pingenda«. Schneider p. 432 collato Stasino (fragm. in schol. ad Il. *α* 5) *ἦν ὅτε μυρία φῦλα* et Anth. Pal. I 92 *ἦν ὅτε Χριστὸς ἴαυεν* et de aliis similibus ad Schaeferum ad Bosii ellips. p. 543 et Naekeum opusc. I p. 238 lectores remittens, *ἦν μὲν ὅθ' ὑφιλόφοισιν* coniecit, pro quo evanidis iam codicis archetypi litteris male *ὣς ὁ μὲν* scripserit aliquis intempestiva recordatione ex vv. 77. 121. 145. 190. 363. 385 ductum. Lehrs in praef. p. VIII vulgatam retinuit »quia ante hunc versum aliquid excidisse probabilius nobis videtur, quae suspicio in his carminis centonibus facillime movetur«. Neque tamen lacunae signa posuit. Hermanni *τοῖσι* non habere quo referatur, recte perspexit Schneider p. 432, cuius coniecturam quin recipiam vitiosus ut videtur hiatus vetuit. cfr. Ludwich Beitr. z. Kritik des Nonnos p. 33. — *υφιλόφοισιν* M, *ὑφηλόφοισιν* Q Ald. *n*, quod corr. etiam Perdrier. *ὑφιλόφοισι* C, *ὑφελόφοισιν* G; *ενούρεσσιν* M 1. *ἐν οὔρεσσιν* m. rec. in M. *αἰμονιήων* M. — **18** *νυμφιδῶν* M 1. *νυμφιδίων* M 2. — **19** *Ζῆνος* Ubel. *n.*; *ἐωνοχόει* M, *ἐῳνοχέει* G; *γαννυμήδης* A C L N; — **20** *χυ‖δαίνουσα* C; — **21** *λευχόλενον* C; *ἀμφιτρίτην* [σ] M (corr. M 2), *ἀμφιτρίτης* [ν] R; — **22** *ζεὺς* M (corr. M 2.); *ἀπουλύμποιο* M 1., *ἀπ' οὐλ.* M 2. *οὐλύποιο* [μ] C. — Post hunc versum fortasse excidit versus, qui verbum ex v. 20 minus commode subintelligendum continuerit. — **23** *μελισσίεντος* M; *ἀπευοδμου* M 1., *ἀπεὐόδμου* M 2.; *ἐπεσσυμένων* G et Porti ed., *ἀπεσσυμένων* (*ἀπεσσημένων* ante corr. Q) rell. dett. et edd. omnes praeter Lehrsium, qui *ἒκ δὲ Μελισσήεντος ἀπ' εὐόδμου Ἑλικῶνος* edidit ex

Hermanni sententia, qui p. 10 vulgatam scripturam correctori deberi vidit »sed is, ut oportebat, ἐπεσσυμένων scripserat [non credo] quod est in cod. Goth. [pessimae notae]. Pro ea voce genuinam scripturam dedit cod. Mut. ἀπ' εὐόδμου. Ea mirum est nec Iulianum, qui Nicandrum Ther. 11 [Ἀσκραῖος μυχάτοιο Μελισσήεντος ἐπ' ὄχθαις Ἡσίοδος κατέλεξε παρ' ὕδασι Περμησσοῖο] eiusque scholiasten attulerit [p. 5 ed. Keil: Μελισσήεντα δέ φησι τὸν τόπον τοῦ Ἑλικῶνος, ἐν ᾧ εὗρε τὰς Μούσας, ὃς οὕτως ἐκλήθη ἀπὸ Μελισσέως βασιλεύσαντος τοῦ τόπου] nec censorem eius Heidelbergensem, qui adnotationem Iuliani tractaverit, uti scivisse. Aliter vidissent Μελισσήεντος loci in Helicone nomen esse proprium«. Probavit haec etiam Schneider p. 422. — ἑλικῶνος MCQQGL, λιγ. ex λυγ. C; ἄγων M 1. ἄγων M 2; χορον M 1., χορὸν M 2; ἦλθεν ex ἦλθεν M., ἦλθε C. — vv. 25—26 olim post v. 38 legebantur. 25 χρυσειοις M 1. χρυσείοις M 2.; δ' ἑκάτερθε || M; τ||ιναςςόμενος Q; πλοκάμοις M; — 26 κέρσε κόμης ζεφύρῳ M; στιφελίζετο AQ; χαίτας M; χαίτης rell. codd. et edd. post Bekker., χαίτην edd. ante Bekker. Cum Bacchum per vocem βότρυς significari crediderint plerique critici ante Graefium, Lennep in notis et in Animadv. p. 116 χρυσείοις δ' ἑκάτερθ' ἐπινεισσόμενος πλοκάμοισι coniecit, quoniam »cum noster hic procul dubio voluerit, Bacchum etiam iuxta cum aliis diis ad Pelei et Thetidis nuptias profectum esse, necessario verbum aliquod motum significans desideratur . . . . Praetera βότρυς, vel, ut recte clar. D'Orville emendat, βότρυν, si iam cum χαίτην iungas, facile liquet illud χαίτην in χαίτης mutandum, quemadmodum in quatuor minimum Codicibus exaratum«. Idem Lennep recte intellexit hos versus aliunde in locum quem occupabant, illatos esse: »Loquitur [Colluthus] de Eride, quam a Peleo contemtam canit. Nullae itaque hic Baccho partes. Ut male divulsa, quaeque coniunctim a Colutho scripta fuerant, in pristinum ordinem redigantur, bini hi de Baccho versiculi ad praecedentia migrare debent, ubi sive post versum 27 sive post versum 31. seu v. 33 collocentur parum refert. Interea cur a summi D'Orvillii (cuius consensu mihi gratulor) post versum 33. collocantis sententia discedamus causa nulla est. Verba viri clar. sunt: . . . . hi duo versus de Baccho collocari alio loco et commode post versum 33 debent«. Melius Iuliano, qui hos versus in pristina sede a se relictos: »Aureos vero utrinque agitatus secundum cincinnos Racemus comae intonsae (i. e. coma intonsa) vento

excutiebatur« vertit, Graefius p. 243 post v. 24 eos collocandos esse dixit sic scriptos de intonsa Apollinis coma: *χρυσείης δ' ἑκάτερθε τινασσομένης πλοχαμῖδος Βότρυς ἀκερσεκόμης Ζεφύρῳ στυφελίζετο χαίτης*. Quam coniecturam non recepit Lehrs, licet qui eandem transpositionem invenerat Hermann p. 10, perelegantem eam esse iudicaverit. Lenius Schneider p. 422. 423 laudata transpositione nihil nisi *τινασσόμενος* in *τινασσομένου* mutavit »ubi *τινασσομένου* significat properantis [quod fieri posse vix credo] cui dativus *χ. πλοκάμοισι* eadem ratione est additus atque eius modi locis quales sunt Hom. Il. II 148 *λήιον — ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν* aut Nonni Dionys. II 80 *κυλινδομένων κυπαρίσσων αὐχμηροῖς πετάλοισιν*«. Mihi nulla mutatione opus esse videtur, modo cum Lehrsio vertatur: »aureis autem utrimque agitatus cincinnis capillus intonsus Zephyro concutiebatur comae«. — **27** *μεθ' ὡμάρτησε* M 1. et Q, *μεθομάρτησε* M 2., *μεθωμάρτησε* APSW edd. ante Steph., *μεθ' ὡμάρτησε* CLNR Bekker. Iul. Lehrs. *μέθ' ὡμάρτησε* rell. edd. Restitui *μεθώμ.*, ut etiam Graefius p. 243 correxit. — **28** *ουδ'* M 1., *οὐδ'* M 2.; *οὕτω* pro *αὐτή* Anon. improbante Lennepio; *ἀρμονιης* M 1., *ἁρμονίης* M 2., *ἀρμονίης* C, *ἁρμονείης* A, *ἁρμοδιης* Q; *ἀφροδιτη* M. De hoc versu quem recte Lehrs »neque ipsa regina etiam coniugii, Venus« vertit, nihil nisi virorum doctorum annotationes subiciam. »Brodaeus reliquis rectius *καὶ* superfluum esse et *βασίλειαν Ἁρμονίης* more nostro familiari admodum coniungendum vidit. Ita *Χαρίτων βασίλεια* v. 16. *θαλάμων βασίλεια* v. 137. *γάμων βασίλεια* v. 306. Minerva *πολέμων βασίλεια* v. 89. *σακέων βασίλεια* v. 174. Bacchus *ἡμερίδων βασιλεὺς* v. 258. Cum tamen non nihil offendat addita vocula *καὶ*, pro eo fere scribendum suspicaret *καθ'* et unica litera vocis *Ἁρμονίης* mutata: *Οὐδ' αὐτὴ βασίλεια καθ' Αἱμονίης Ἀφροδίτη*. Ordo est: *οὐδ' αὐτὴ β. Ἀφροδίτη δήθυνεν ἐρχομένη καθ' Αἱμονίης ἐς ἄλσεα Κενταύροιο*. .... D'Orville .. vulgatae praeferendum existimavit *μεθ' Ἁρμονίης Ἀφροδίτη* a qua emendatione forsan non discedendum«. Lennep. Iulien qui Lennepium immerito obiurgat, quasi ille *Ἁρμονίης* hoc loco Veneris filiam esse statuisset, probante censore Gottingensi locum sic vertit »Neque ipsa regina amatorii nexûs Venus Cunctata est veniens in nemora Centauri«. Tum Graefius p. 243 »Locum impeditissimum qui hyperbaton amant, fortasse satis expeditum putabunt, iunctis verbis *οὐδὲ καὶ αὐτὴ βασ. Ἁρμ. Ἀφρ.* quibus non invidebimus. E coniecturis facillima est Lennepii *καθ' Αἱμονίης*, versu 17. facile stabilienda; habet etiam, quod placeat, Dorvillii *μεθ' Ἁρμονίης*, probandum

f. v. 375 modo nexus ibi sanior esset. Literarum apicibus insistens censor Hal. l. c. eliciebat *Ἀπάτης βασίλεια καὶ Ἁρμονίης*: ita posses et *ἄκτης βασ.* ut nota est Venus in litoribus culta, cfr. v. 202. s. et faceret eiusmodi Venus litorum ad Thetidem marinam; sed utrumque non minus alienum est ab *ἁρμονίᾳ*, quam si quis *Ἄτης* scriberet. Sed hac via offerret se etiam *ἀγάπης βασ.* aptum ad sensum, modo idonea poëtae auctoritate haec vox confirmari posset. .... Iam coniecturis latus patet campus: *οὐδ' Ἐρατοῦς β. οὐδὲ Πόθου β. οὐ Χαρίτων β. οὐδὲ γάμου β. οὐ κοίτης β.* aut denique *οὐδ' εὐνῆς β.* in quod et Dem. Popoff incidit, omnium f. optimum cfr. 202. Et ut nihil intentatum relinquamus, fortasse *Ἀφροδίτη* est interpretamentum, cum poëta dedisset: *οὐδ' αὐτὴ βασίλεια καὶ Ἁρμονίης γενέτειρα*, si quidem et mater et regina Harmoniae Venus dici poterat«. — »Censor Heidelbergensis coniecit *συναρμονίης*, quam vocem Schneiderus in lexicon suum ut valde dubiam nescio unde intulerat. Passovius omisit. Wernikius [ap. Bekkerum] alium requiri genitivum videns, latere eum in voce *αὐτὴ* putabat. Ita sensit etiam qui *οὐδ' Ἀπάτης βασίλεια* coniecit, quod non convenire huic loco recte monuit Graefius. Si genitivis aliis opus est, tale quid scriptum suspicari licebit, *οὐδ' αὐτὴ βασίλεια χοροπλεκέων ὑμεναίων καὶ γλυκεροῖο πόθοιο καὶ ἁρμονίης Ἀφροδίτη*. Sin minus potuit ille scribere *καθ' ἁρμονίην*, ut *μεθ' ἁρμονίην Ἀφροδίτης* scriptum est v. 375. Sed si verum fateri oportet, nihil hic certi sine libris inveniri potest«. Hermann. p. 10. — Tournier p. 9. 10 vulgatam lectionem, quam retinui, ineptam esse contendit, cum nihil aliud significare possit, quam »neque Venus, quae ipsa connubio praeest, id est, quae connubio haud secus atque Iuno, vera connubii dea, praeest«, et hanc quoque sententiam, male non ante *αὐτή* posita vocula *καί*, non satis correcte exprimat. Deinde pergit: »*οὐδ' αὐτή* progressum quendam orationis denotat, qui nullus est, si ab Iunone deorum regina ad Venerem procedit poëta, praesertim cum Iuno sola connubii regina iure ac merito dici possit«. Quare transpositis hemistichiis locum sic constituit:

τῶν δὲ μεθ' ὡμάρτησε καὶ Ἁρμονίης Ἀφροδίτη.
Οὐδ' αὐτὴ βασίλεια κασιγνήτη Διὸς Ἥρη
ἐρχομένη δήθυνεν ἐς ἄλσεα Κενταύροιο.

Quod significare vult »Cum Apolline et Musis autem et cum Harmonia, quae Musarum mater audit apud Euripidem (Med. 830) venit Venus. Immo Iuno quoque ...« Quae licet acute excogitata

et probata etiam Schneidero rec. p. 195 mihi propter nimis contortum in priore versu verborum ordinem placere non potuerunt. — **29** ερχομένη M 1. δ' ἤθυνεν M ante rasuram; δυδυνεν (ῃ' suprascr.) C; — **30** ἀσκησα L et CN ante corr.; ἀσκήσουσα coni. Tournier p. 11. licet memor Nonni Dion. XLIII, 432 καὶ στέφος ἀσκήσασα. — ἤλυθε M; — **31** τόξευτῆρες (ος suprascr.) C. Hunc versum post. v. 35 ponendum esse perpulchra est Tournerii coniectura p. 11. cfr. Nonn. Dion. XLVIII, 268

ἵστατο παρθένος Αὔρη
Ἀρτέμιδος μετὰ τόξον ἀήθεος ὑψόθεν ὤμου
ἀγρευτῆρος Ἔρωτος ἐλαφρίζουσα φαρέτρην.

Sicut Minerva ad Thetidis nuptias accedens galeam, Mars autem thoracem deposuerat, sic Diana consuetam pharetram venatoriam relinquens Amoris pharetram assumpserit. Laudavit hanc Tournerii coniecturam etiam Schneider. rec. p. 195, neque tamen eam recipere ausus sum, cum versu 31 a pristina sede remoto nimis abrupta et sicca quae de Suadela narrantur fiant. — **32** βριαρύν G; βριαρῆν φαλαρειαν M, in cuius margine M 1 (vel M 2) τρυφάλεια ut videtur adiecit. τριφάλειαν codd. dett. et edd. post Lennep. et fort. etiam aliae. τρυφάλειαν quod habet etiam *n* et ed. Schaeferi (τρυβάλειαν *h*) ex M margine reduxi; etiam apud Nonnum nunc τρυφάλεια editur. — **32** αποχροταφοιο M 1, ἀποχροτάφοιο M 2, CQ; μεθεῖσα ex μεθῆσα M 1. — **33** ὡμαρτησε M, ὡμάρτησε Q, ἁμάρτησε *h*; γάμων αδίδακτος M, γάμων δ' ἀδίδακτος ACLNPQRSVW (fort. omnes dett.) *hn* et aliae edd. antiquae; »mutarunt vir doctus ad Ald. Ed., Brodaeus, alii, et sic recte locum adduxit Pergerus ad Hesych. v. Εὔγαμος« Lenn.; — **34** λητωὰς ACLNQR, λητωΐς SVW, λητωῆς P, λητωΐας *h*, *n*, *Ubel.* — **35** αρτεμις M 1.; ἠτιμησεν M 1 ex ἠτημησεν, accentum add. M 2.; ἀγροτερη M 1.; — εοῦσα M; — **36** οἷος N, et M 2 ex οιος; δε M 1.; — χυανέην LNP (qui χυνέην habet in marg.), R, χυ||νέην C et A in quo η ex α factum est a glossatore; χρανέην W, sed χυνέην in marg., χυανέον Q; εὖχος P sed ἔγχος in marg., εὖχος R, εὖχος (ες suprascr.) W; — ἀειρων M; — **37** ες M 1.; ἡφαίστοιο MAPQ, ἡφέστοιο C; σιδηρεος M, σιδήρϊος AQ; ερχεται M 1; ἤλυθεν suprascripsit M 2., idem habent codd. dett. et edd. ante Bekker.; άρης M 1., ἄρης M 2. — **38** τῆνος vel τῆνος edd. ante Brodaeum, τοῖος codd. (etiam V) praeter G (et R?); ἄτερ AQ; θωρηχος M, θώρυχος AQ Harl., θώρηχος sed η ex corr. C; θικτοῖο C; — **39** ἐχόρευ||εν C; αγέραστον M; ἐάσας M Bekker. et rell. edd. ἐᾶσαι

ACN, ἔᾶσαι (ε supra) P, ἐάσαι LSQ, ἔᾶσε (αι supra) SW, ἔασεν V, ἐᾶσαι CN [GR] edd. ante Bekker. — **40** χειρῶν αλέγιζε M; εμπάζετο M 1; — **41** ἢ δ' ἐγο, ἤδ' ut videtur M 2 ex ἠδ', ἦδ' P, ἠδ' rell. codd. et edd.; βησσήεντος M 1. ποιή suprascripsit M 2. ποιήεντος rell. codd. et edd. praeter Bekker. et Lehrs., qui βησσήεντος probatum etiam censori Gottingensi, quod Lehrs tamen per herbido vertit, ex M 1. receperunt. Idem ego retinui, licet νομοὺς κατὰ ποιήεντας in hymno in Venerem v. 78 et similia alibi legantur. — ἄπο πλάγχθεῖσα M, ἀποπλαχθεῖσα C, ἀποπλαχθεῖσε L, ἀποσπλαγχθεῖσα G; — **42** ἐριμαίνησιν G; ἐν M, ἐνι OQ; ξυλόχοισιν ex ξυλοχοῖσιν M 2., ξηλόχοισιν L, ξυλύχοισι C; — ἀλᾶιται ex ἀλᾶται M 2., ἀλᾶται Pn, ἀλάται h; — **43** ἐλ. ex ελ. M 2., ἐλατῆρι CP; — **44** βαρυζήλοισι C; — **45** δαίτας LNQ; ὀρύνοι (οι supra) M, ὀρίνει NR, ὀρίνειν Q; — **46** πολλάκις δ' Q; εὐλάϊνος CLQ; ἀποκλεισμοῖσι M, ἀποκλ. NPQW; — **47** ιστατο M; παλινορσος M; εφέζετο M, ἐφέσετο R; γαιης M, γαίης L; — **48** οὐδ' αχόλπος αραξε M, οὐδέ τε κόλπον ἔρυξε rell. codd. et edd. ante Bekkerum, qui primus Lennepii coniecturam εὐρέα κόλπον recepit et insuper M libri scripturam ἄραξε retinuit. Praeterea εφρασσατο πετρην M; ἐφράσατο PSW, οὐ φράσσατο C. Sed iam audiamus criticos de vv. 47—48 vexatissimis. Brodaeus χεῖρα δὲ γαίης Οὐδέ τε κόλπον ἔρυξε coniecit, probante Neandro (in cuius editionis margine tamen κόλπον commendatur) et Ubelo. Vossius in Observv. ad Catullum, Epithal. Pel. et Thet. v. 258, p. 223 mire: χειρὶ δὲ λαιῇ Ὄνδε τε κόλλοπ' ἔρυξε καὶ ἣν ἐφυράσσατο πέτρην, vel καὶ ὃν ἐφυράσσατο πέτρον. Dorvillius: χειρὶ δὲ γαίης Οὖδας πολλὸν ὄρυξε καὶ οὐκ ἐφράσσατο πέτρην collato Homero Il. X 563 (πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία Κικλήσκουσ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν et Quint. Sm. XI 23) vel ἄραξε pro ὄρυξε collato Orpheo Arg. 439 (οὖδας δ' ἤραξεν ὁπλῇσι). Lennepius χειρὶ δὲ γαίης εὐρέα κόλπον ἄραξε commendavit, quod etiam Iulien recepit, qui praeterea recte improbavit veterum interpretum sententiam, lapillum flammae accendendae causa in terrae visceribus frustra ab Eride quaesitum esse sibi persuadentium. Tum Graefius p. 244. »Lennepii coniecturam edidit Bekkerus, non ita certam. E cod. M. οὐδ' ἀχόλπος ἀρ. exsculpi posset iisdem paene literis οὖδας ἄνοπλος ἄραξε κ. si f. facili errore scriptum ἀνόλπος; sed numeri sic corrumpuntur: ◡ _ ◡ | ◡ _ ◡ | neque simile quid alibi Tryphiod. aut Coluthus commiserunt. Itaque, reliquis Codd. comparatis, proximum fuerit: οὖδεϊ

κόμπον ἄραξε κ. cfr. v. 55 aut *χειρὶ δὲ γαίης ϑυάδι κόλπον ἄραξε κ.«* Lennepii coniecturam improbavit etiam Hermann p. 10—11, quia, »nisi quod grammaticae non repugnat, nihil haec coniectura habet laudabile. Nam ne commemorem ineptum [?] hic epitheton esse *εὐρέα*, quae illa tam singularis ratio est furoris significandi, manu terram percutere? Immo qui ita sunt irae impotentes, solent se ipsos totos in terram fligere et humi volvere. Idque etiam Eridem fecisse dici vel corruptum illud *οὐδέ τε* monere debebat, in quo quis non statim videat *οὖδεϊ* latere? Confirmat hanc emendationem scriptura codicis Mut. *οὐδ' ακόλπος ἄραξε.* Quod si haec recte coniecimus, relinquitur ut exciderit aliquid vel ante v. 48 vel ante *γαίης*. Nam fortasse non inepte opinabimur hanc ipsam vocem aliquid contulisse, ut omitterentur nonnulla. Quum enim qui ad tantum desperationis furorem evecti sunt, crines sibi discindere atque evellere soleant, veri simile videtur, id etiam de Eride esse praedicatum: ut v. 47 scriptum fuerit *χειρὶ δὲ χαίτης*, a quibus vocibus ad similes *δὲ γαίης* aberrans oculus librariorum in errorem abduxerit«. Haec Hermann, quibus Lehrs p. VIII hoc solum verum inesse putabat, »Lennepii *εὐρέα* ineptum esse; de reliquis vero longe aliter sentimus. Si quid de nostro in textum introducere voluissemus, *ὀξέα* scripsissemus. Qui cum Hermanno in corrupta vulgata codicisque Mutinensis lectione vocem *οὖδας* agnoscere vult, is coniiciat poetam scripsisse *οὖδας ἄκαμπτον* [quod in secundam editionem recepit] aut *ἄκαρπον«*. Quas tamen coniecturas vel propter amphibrachos contra epicorum morem continuatos recte improbavit Tournier p. 12. Omnium optime ut solet Schneider p. 411: »errare mihi videtur [Hermannus] quod ad furorem significandum Erin dici putat manu terram percutere. neque enim furentem poeta hic facit Erin, sed incertam quid agat, ut deorum epulas, ad quas sola non erat vocata a Peleo, turbet, et modo hoc modo illud consilium capientem inducit, velut terram quatit ut Titanibus facultatem det erumpendi. quo perspecto et apertum est causam non esse cur post v. 47 cum Hermanno putemus aliquot versus esse omissos, et quivis videbit pro *ἤϑελεν ὀρφναίων* v. 49 scribendum esse *ἤϑελε δ' ὀρφναίων*, post *πέτρην* posita non maxima interpunctione, ut Bekkerus fecit, sed media. Sed ne sic quidem persanatus est locus. nam quum v. 48 Mutinensis habeat *οὐδ' ακόλπος αραξε,* patet aliud quid scripsisse atque Bekkerus edidit. quod quid sit incertum est«. Equidem innumeris scripturae vitiis Mutinensem librum

scatere reputans, a me impetrare non potui, ut neque ineptam neque difficilem Lennepii coniecturam non nisi propter M libri sordes spreverim. »Vir doctus ad Ald. Ed. emendaverat ἐδράξατο πέτρην, absque necessitate ulla non tantum, sed etiam contra poëtae mentem, qui in simili re ter minimum verbum ἐφράσσατο inculcavit ut v. 56 et 60«, Lenn. — Tournier p. 12 post varia tentamina (οὖλά τε, οὖλον) pro οὐδέ τε vel οὐδ' α, in οὔλῃ ad χειρὶ referendo acquievit, quod mihi iterum propter ingratam verborum collocationem non placet. Praeterea Tournier p. 13 pro πέτρην recte scribi iubet πέτρῃ, qua mutatione significari vult frustra inferorum et terrae auxilium ab Eride invocatum esse; conf. Hom. hymn. in Apoll. Pyth. 155. 162. 163. χειρὶ καταπρηνεῖ δ' ἔλασε χθόνα καὶ φάτο μῦθον ...... Ὣς ἄρα φωνήσασ' ἵμασε χθόνα χειρὶ παχείῃ Κινήθη δ' ἄρα γαῖα φερέσβιος· ἡ δ' ἐσιδοῦσα Τέρπετο ὃν κάτα θυμὸν, ὀΐετο γὰρ τελέεσθαι. — Pro οὐδέ τε olim ἠθάδα conieci. — v. **49** qui in solo M apparet, libri deteriores et editiones ante Bekkerum omittunt, transposito in eius locum versu 52. — ἤθελε δ' pro ἤθελεν Schneider coniecit l. l. sine causa, cum etiam infra v. 52 copula optimo libro iubente omittenda erat. κληΐδας ἀνεισα M, quod tacite corr. Bekker; — **50** »Defectus copulae impulit me, ut scribendum suspicer καὶ χθονίων« Lennep., cuius correctione non amplius opus restituto ex M libro loco. τιτῆνας MW, τιθῆνας SV, et θ est etiam in margine W libri. βαρέθρων GW; — **51** υφιμέδοντος ἀΐστωσαι M, ἀ ‖ ϊστῶσαι A; ἕδρην MACL; — Versum 52 hoc quoque loco habent LRW (in cuius margine ante vv. 49 et 51 corruptelae signum est, et versui 51 ab altera manu δίς adscriptum) et habuit etiam A, in quo tamen postea erasus est. Omittunt rell. codd. dett. et edd. ante Bekker. Ante hunc versum lacunae signa posui Schneidero obsecutus, qui p. 411 recte monuit »post v. 51 excidisse quaedam quibus exponebatur, cur istud consilium eventum non habuisset. quod ut in simili causa additum est v. 53 et v. 57, ita nec hic omitti potuit«. — **52** ἤθελεν ἠχιεντα M, ἤθελε δ' ἠχήεντα rell. codd. et edd., copulam ego omisi cum M. — πριστῆρα M, παρηστῆρα G; — **53** ἠφαίστω M, ἡφ. AQ; ὑποειχεν M; ἀμαιμαχέτην M, ἀτυζομένη rell. codd. et edd. ante Lehrsium, qui ἀμαιμακέτῃ recepit probante etiam Tournerio p. 13. — »Relictam ceterorum lectionem tuetur Tryphiodorus v. 685 Ἡφαίστῳ δ' ὑπόειχεν ἀτυζόμενος χόλον Ἥρης« Bekker. sed recte contra Herm. p. 11 »id quo pacto defendendae apud Coluthum vulgatae ἀτυζομένη adhiberi possit, non video, nisi

quis hunc quoque *χόλον Ἥρης* addidisse credat«. *περ εοῦσα* M; — **54** *ασβεστοιο κατο πτευ τῆρι σιδήρ* evanida postrema littera, M, unde *ἀσβέστου καὶ ὀπιπευτῆρι σιδήρου* coni. Schneider p. 425 »Cui aliquid commendationis accedit eo quod Nonnicum est vocabulum: cfr. Dionys. 3, 270. 7, 193. 14, 366. 19, 5. 20, 85. 31, 225. 37, 270. 603. 695. 42, 531. Paraphr. *μ* 85. vv. 45 et 106. add. Ioann. Gaz. Ecphr. 2, 183.« Quem qui improbavit Tiedke (in Herma XIII p. 425) hoc argumento usus »Licet enim Nonnus nomine quod est *ὀπιπευτήρ* saepissime usus sit, numquam tamen ita collocavit, ut post solam tertiam arsin esset incisio (v. Quaest. Nonn. p. 4)« rationis, quae inter Colluthi Nonnique dictionem et versum intercedit, oblitus esse videtur. Ante quam Schneideri emendationem novit, *καὶ ἐποπτευτῆρι* commendaverat Augustinus Cartault, (apud Tourn. p. 14) vocabulum aliunde haud notum, ut Schneider. rec. p. 196 observat. Ego vulgatam retinui, cum Schneideri coniectura sensum praebeat parum aptum. — **55** *κόλπον* S, *κολπον αρασειν* V, atque *κόλπον* non contemnendam scripturam esse iudicavit Hermann. p. 11, refutatus a Schneidero p. 426: »at hoc si voluisset Colluthus cum Nonno dixisset *νῶτα σακέων*: cfr. Dionys. 28, 254. 34, 135. 37, 469. add. Jacobs. ad Anthol. graec. vol. VI p. 399. nunc autem *κόμπον ἀράσσειν* dixit ut Nonnus dicit *δοῦπον ἀράσσειν* Dionys. 5, 255. 46, 101. *ἠχὼ ἀράσσειν* 7, 51. 27, 226. *ἦχον ἀράσσειν* 10, 223. 16, 306, 41, 190. 43, 71«; — **56** *εἰ ποτὲ δειμένοντες* C, *δειμαίνοντες* (a) R; *ἀναθρώσκοι ἐνιωήν* M; *ἰωκήν* PSW, *ιωκήν* V et *ἰωχήν* male receperunt Lennep. et Iulien. — **57** *οπλοτέρης δολίης ἀνεχάσσατο βουλῆς* M, secutus a Bekkero et rell. edd., *ὁπλοτέρην δολίην ἐφράσσατο βουλήν* codd. dett. et edd. ante Bekker. nisi quod *ὁπλοτ.* A, *ἐφράσατο* P, m. pr. in Q, SW, *ἔφράσσατο* L, *ἐπόθησεν ἐφράσσατο* G. Iulien vulgatam lectionem defendi posse putabat, si colon ponatur post *ἀσπιδιώτην* et *δολίην βουλήν* de malo aureo dictum esse sumatur. *ἐφράξατο* videtur coniecisse Ignatius Garcia, qui vertit »mas guarda esta engañosa estratagema en si misma«. Tournier. p. 14 *δολίην* adiectivum intolerabile esse iudicans, licet apud Nonnum quoque *δολίην ἐφράσσατο βουλήν* legatur (Dion. XXXVII 351), *ἀλλὰ καὶ ὁπλοχαρής περ ὅμως ἀνεχάσσατο βουλῆς* coniecit, temere. — **58** *δημαίνουσα* Q. — **59** *ηδη δ' εσπερίων* M; *ἤδη* Q; *εμνήσατο* M; Tournier p. 15 ex loci adverbio *ἔνθεν*, quod versus sequens exhibet, elucere contendit, nostro loco *μήλων* pro verbo *κήπων* vel *κήπου* irrepsisse, immo *χρυσέων μήλων* glossam verbi

κήπου fuisse et genuina scriptura, quae qualis fuerit erui non possit, expulsa, in textum illatam esse. — **60** *ἔνθεν ἔρι σπτολέμοιο* M, *ἔριν* SV, *ἔρις* PW, *πολέμοιο* CNPQS, idque recepi. *ἐρνὸς* M, *ἔρνος* PSW; *ἰδοῦσα* M, *ἑλοῦσα* rell. codd. et edd. **61** *μήλων* A (ante corr., *μῆλον* m. sec.) CLNPQRSVW, et edd. antiquae. Emendarunt Brodaeus, Falkenburgius, alii. *ἀρίζηλον* M, *δ'εἶνεα* M. Versus 60. 61 vexatissimi sunt. Cum v. 60 Eridis nomen plane superfluum esse et sententiam incongruam efficere crediderit *ἔνθεν ἄρα πτολέμοιο προάγγελον ἔρνος ἑλοῦσα* coniecit Lennep, eadem de causa *ἔνθεν ἔτι πτολ.* Runken, *ἔνθεν δὲ πτολέμοιο* Wernike ad Tryphiod. p. 37 qui nomen Eridis merum glossema in textum temere invectum esse et M libri scripturam *πτολέμοιο* (pro *πολέμοιο*) indicio esse credidit, vocem praecedentem *Ἔρις* corruptam esse. Suspicionem de corruptela probavit Hermann p. 11 »sed ex coniecturis, quae prolatae sunt, duae, quae ferri possunt, Lennepii *ἔνθεν ἄρα*, et Wernikii .. *ἔνθεν δέ*, longius ab librorum scriptura recedunt, nec tollunt aliud, quod in his versibus displicet, *μῆλον* inconcinne positum«. Quare comparatis librorum scripturis *ἔνθεν ἔριν πολέμοιο προάγγελον, ἔρνος ἰδοῦσα Μήλου, ἀριζήλων τ' ἐφράσσατο δήνεα μόχθων* scripsit Hermann, recepit Lehrs. Quam scripturam qui etiam propter male correptam diphthongum vituperavit, Schneider p. 412 recte *Ἔρις* defendit, »tametsi enim omnia quae praecedunt de eadem sunt dea dicta, potuit tamen hoc loco denuo nominatim appellari, quum novum inde quasi impetum sumat narratio et descriptis quae non perfecit Eris consiliis ad eum transeat deae conatum, qui exitum habebat«. Totum autem locum sic constituit Schneiderus:

ἔνθεν Ἔρις πτολέμοιο προάγγελον ἔρνος ἰδοῦσα
μῆλον ἀρίζηλον . . . .
. . . [*ἀριζήλων*] *ἐφράσσατο δήνεα μόχθων.*

»atque *ἀρίζηλον* praeter libros a Bekkero [falso] indicatos habet etiam Neapolitanus [quod ne ipsum quidem verum est] et ipse codex Mutinensis. in eodem codice est *ἰδοῦσα* (nam reliqui habent *ἑλοῦσα*) quo ut par erat recepto desiderari patet sumendi verbum, ut vel hoc lacunae indicium praebeat«. Ego assensum cohibui, cum et *ἰδοῦσα* mirum quantum langueat, et *μῆλον ἀρίζηλον* vitiosum esse inde pateat, quod Colluthus Nonni exemplum secutus »proparoxytona a primo caesurae loco videtur exclusisse«, ut recte observavit Tiedke (in Herma XIII p. 273. 274), qui ibidem Hermanni quoque

coniecturam improbavit, »qui casu quarto *ἔριν* ex libris deterioribus recepto non solum ultimam vocis *μήλου* syllabam contra Colluthi consuetudinem corripuit (v. Schneid. p. 411) maleque elisa vocali particulam *τέ* [a Collutho nusquam usurpatam cfr. ad v. 104] inseruit (v. Ludw. Symb. crit. p. 34) sed etiam quae inter se cohaerere consentaneum est *πτολέμοιο προάγγελον ἔρνος* (cfr. quem versum Bekkerus attulit Dion. XXI 225 *ἔννεπε καὶ πολέμοιο προάγγελα σήματα φαίνων*) vix recte distraxit«. »Post v. 61 vel deest versus, qui verba Eridis, mali originem, n. pulcerrimae dandum esse malum reddidit, vel Colluthus negligentiae incusandus est«. Harles. — *βασιλῆος* pro *παράκοιτις* prorsus otioso et ex glossa verborum *ἀγαλλ. Δ. εὐν.* in textum illato male coni. Tournier p. 16. — **62** *κινήσασα* codd. et edd. ante Lehrs.; *δινήσασα* iam ante me coni. Hermann p. 12 »Quis credat etiamsi sic loqui licuit poetae, tamen neminem exstitisse qui *δινήσασα* reponeret?«, et laudavit hanc mutationem Tiedke (in Herma XIII p. 354,) ubi allatis versibus Dion. II 407. XX 502 (*χερσὶ δὲ δινεύουσα*) XXXIV 304 et XXXVI (*χειρὶ δὲ δινεύουσα*) vocabulis *δινέω* et *δινεύω* saepius Nonnum usum esse probavit. — **63** *μό‖θου* (fuit, credo, *μόχθου*) C; *πρωτοσπορον* M, *προτόσπορον* G; *ἔρριψεν* Ald. correxit Falkenburg; *χῶρον* M; *ὤρινε* Q; — **64** *κέκλεο καὶ ἥρῃ* P ex v. 75; *παράκοιτης* ante corr. M; *ἀγαλλομενῃ* M; *εὐνῇ* M, *εὐνή* Q; — **65** *ἤθελε λῃΐζεσθαι* M; — **66.** Hunc versum qui in M post v. 68 legitur, omittunt codd. dett. et edd. omnes ante Lehrs. sec. cum non animadverterit Bekker eum in M extare. Primus versum edidit E. Miller »Éloge de la Chevelure« p. 16. 17. *ηρη δ' ου* M; *οὐχυποειχεν* M, quae tacite correxit Pressel, nisi quod *ἥρη* scripsit, retentum etiam a Schneidero p. 414. *Ἥρῃ* ego scripsi praeeunte Lehrsio. De lacuna cogitavit iam Lennep, cuius haec sunt verba: »Miror ne verbulum quidem addi de Minerva, cum tamen et illa pomi aurei miro tenebatur desiderio, aeque atque Venus et Iuno. Hinc suspicor deesse versiculum unum aut alterum, ubi de Minerva ageretur, et quidem post versum 64«. In eandem suspicionem inciderunt Iulien et Graefius, qui tale distichon periisse putavit p. 244:

Παλλὰς δ', οἷα Διὸς θυγάτηρ Κρονίωνος ἀμήτωρ,
νίκῃ τερπομένη, πρεσβήϊον ἤτεε νίκης.

Lacunae signa primus posuit Lehrs in prima editione, iubente etiam Hermanno p. 12. Et *λείπει* a prima manu inter vv. 66 et 67 iam in N

scriptum extat. Caeterum v. 66 ego huc transposui cum in secunda Lehrsii editione post Iunonis et Veneris mentionem inepte dicatur Iunoni soli non cessisse Minerva. Eadem puto causa motus Schneider in rec. p. 195 ἤδη (!) δ' οὐ vel τῇσιν δ' οὐ pro ηρη δ' οὐ dubitanter coniecit. Maiora molitus est Tournier p. 15. 16 aegre ferens uno tantum versiculo de Minerva agi, duobus autem de Iunone et Venere, simul v. 65 καὶ ἤθελε ληΐζεσθαι ad Minervam Ἀγελείην vel Ἀγεληΐν (ut apud Cornutum vocatur p. 187 ed. Gale) alludere putans. Simul minus apte bellicosiorem [quasi ἀρειοτέρη non idem esset atque ἀμείνων!] caeteris deabus Venerem in vulgata scriptura dici atque ἀρειοτέρης epitheton Minervae potius convenire ex Nonno Dion. XX 215 probavit:

Εἶδες Ἀθήνην
παῖδα Διὸς θήλειαν ἀρειοτέρην Διονύσου. Scripsit igitur:
Ἥρη μὲν παράκοιτις ἀγαλλομένη Διὸς εὐνῇ
ἵστατο θαμβήσασα· καὶ ἤθελε ληΐζεσθαι
πασάων Ἀγεληῒς ἀρειοτέρη γεγαυῖα·
. . . .
μῆλον ἔχειν ἐπόθησεν (scil. Venus) ὅτι κτέρας ἐστὶν Ἐρώτων.
Ἥρῃ δ' οὐ μεθέηκε (scil. Veneri) καὶ οὐχ ὑπόειξεν Ἀθήνη.

Sed ita quoque contra symmetriam peccatur; nam Iuno quoque malum desiderare debuit, sicut fecerunt in sequentibus Minerva et Venus. Etiam Schneider in rec. p. 195 Tournerii inventum improbavit. — 67 δ' om. M; ατε M, ἅτε P, ἅτερ (ε superscr.) W; ἀρειοτερη M; — 68 κτερ ἐστὶν ἐρωτων M; — 69 ἰδῶν και M; παῖδας Q; καλέσας (σ superscr.) MP; καλέσας CQ. De vv. 69. 70 haec Hermann p. 12 »Haec et scabra est et vitiosa oratio. Quam, nisi omittendo peccatum est, quod non est verisimile, sic corrige:

Ζεὺς δὲ θεάων νεῖκος ἰδών, ὃν παῖδα καλέσσας
τοῖον ὑποδρήσσοντα προσέννεπεν Ἑρμάωνα«.

Quam coniecturam a Lehrsio receptam et a Tournerio p. 16 probatam falsam esse inde apparet, quod Nonnus eiusque sectatores monosyllaba in brevem vocalem et consonantem terminata nusquam in tertii, quarti vel quinti pedis thesi posuerunt, quae Scheindleri est observatio in Zeitschrift für österreichische Gymnasien 1879 p. 422 sq. — »Poterat [Hermann.] una mutatione defungi pro tribus. quis enim iure vituperaverit hanc orationis formam:

Ζεὺς δὲ θεῶν καὶ νεῖκος ἴδεν, καὶ παῖδα καλέσσας
— — — — — — *προσέννεπεν Ἑρμάωνα.*

nam quod *θεῶν* praepositum est voculae *καί*, iam Homero usitatum hoc hyperbati genus est, quo in oratione bimembri, quae particulis correlativis *καί-καί*, *ἤ-ἤ*, *οὔτε-οὔτε* et similibus aliis copulatur, priori membro praeponuntur non solum quae utrique membro communia sunt, sed etiam quae ad solum pertinent prius«. Schneider p. 432. Cum apud plures poetas, et praesertim apud Nonnum eiusque sectatores in secundi hexametri pedis thesi longa vocabulorum ultima syllaba numquam posita esset, Hilberg (in libro inscripto Das Princip der Silbenwägung. Wien 1879 p. 106) vitiosa etiam synizesi:

θεάων Ζεὺς δ' ἄρα νεῖκος ἰδών, ὃν παῖδα καλέσσας coniecit.

Sed recte vulgatam non mutandam esse censuit Scheindler l. l. 70 — *εσφεδρίσσοντα* M, *ἐφηδρήσσοντα* A, *ἐφεδρήσοντα* edd. ante Steph., *ὑποδρήσσοντα* coni. Lennep, »ut sit quasi *θεῶν ὑπηρέτης* Mercurius«. In idem inciderat Hermann p. 12, qui Lennepium ideo tantum vituperat, quod hoc vocabulo »*θεῶν ὑπηρέτην* significari voluit. At neque hoc participium fungi potest substantivi officio, nec praesentis participium ad ea referri, quae facturus sit iussu Iovis Mercurius, sed pertinet ad praegressum *καλέσσας*: vocanti patri dicto audientem«. *ὑποδρήσσοντα* igitur recepit Lehrs. Aliter Graefius p. 244 »si negatur *ἐφεδρήσσειν* assidendi sensu, quod fieri nolim, legendum fortasse *ὑφεδρήσσοντα* de Mercurio, in inferiori loco, ut ministrum decebat, sedente. Idem alio verbo volebat Lennep.« Vocabulum in suspicionem vocabat etiam Bekker, cuius haec est nota: »Vulgata verbi forma Nonnus utitur (11, 127 et 148. 20, 36. 26, 332. 39, 91) eique insidendi, ut par erat, non assidendi potestatem dat. assidere enim est *παρεδρήσσειν* 9, 112«. [ubi tamen nunc ex Hermanni emendatione *παραδρήσσουσα* editur]. Tournier p. 17 *ἐπεγρήσσοντα* coniecit, quo vocabulo sicut etiam voce *ἐπεγρηγορώς* animi attenti hominem recte designari putat. Ego nihil mutavi, poterat enim *ἐφεδρήσσω* assidendi significationem habere non aliter atque *ἐφεδρεύω.*; — *προσεννεπεν* MW, *προσέννεπε* P, *προσένεπεν* Q; *ἑρμάωνα* MC; — 71 *εἴ τινα που* M; *παρῖδαῖοι ρεέθροις* M, unde *Ἰδαίοισι* pro *Ἰδαίοιο* scribendum esse dubitanter coni. Tournier p. 17.; *ἰδαίοις* G; — 72 *πάρον* M; verba *τὸν ἀγλαὸν ἡβητῆρα* om. M, qui eorum loco ex superiore versu *παρϊδαῖοι ρεέθροις* habet.

τιν' pro τὸν vitiosa elisione coni. Hermann p. 7, recepit Lehrs, improbavit Schneider p. 434 »nam versus per se spectandus et ita explicandus est ac si dixisset poeta: Πάριν λέγω, τὸν ἀγλαὸν ἡβητῆρα, 'Paris est, splendidus ille iuvenis, quem dico'« — ἡβητῆρα ACLNP; — 73 κατουρεα M; — 74 κείνω M, κοίνω P, κοινω man. pr. in V, κοίνω (ει) S; ὅπαζε M; δε M; — 75 κεκλεο M, κέλεο A ante corr. CLQ, κέλεω NR; και M; ξύνοχλην M, unde ξυνοχήν Bekker. συνοχήν codd. dett. et edd. ante Bekker. fort. recte (sed cfr. v. 266), nisi quod συνωχήν Q. — βλεφάρων ξυνοχὴν male per 'superciliorum nexum' verti, cum vox βλέφαρα nusquam superciliorum notionem continuerit, contendens, Tournier p. 18 pro ξυνοχήν διοχήν coniecit et per βλεφάρων διοχήν ipsos oculos designari voluit; και M; κύκλεα G; προσώπον M; — 76 ἠδὲ ML; διακριθεῖσα CLNQR, quare male Hermann p. 12 »Dubitari fortasse poterit etiam v. 75 de verbo διακρινθεῖσα, quod in duobus codd. διακριθεῖσα scriptum. Certe non male legeretur διαπροκριθεῖσα, ut apud Euripidem in Phoen. 222 est πόλεος ἐκπροκριθεῖσ' ἐμᾶς«. — φέρει sine causa coni. Graefius p. 244. — ὀπώρην M et edd. pleraeque inde a Bekkero, ὀπωπῆς, quod improbavit etiam Censor Gottingensis codd. dett., et edd. ante Bekker., etiam Iulien. — 76 κάρτος M Bekker. Lehrs. (Ego malim κῦδος). κάλλος codd. dett. et rell. edd., etiam Iulien, qui vertit »Quae autem iudicata fuerit ferre percelebrem adspectûs Pulchritudinem praestantioris, illa habeat et ornamentum Amorum«. Bekkerum secutus est Lehrs, qui vertit »Ea autem quae diiudicata fuerit auferre insignem fructum, victoriam praestantioris habeto et decus Amorum«. Comma, quod vulgo post κάλλος erat, post ἀρειοτέρης transtulerunt Lennep et Dorvillius. κόσμου M; ἐρώτων M Bekker, Iulien, Lehrs; ὀπώρης codd. dett. et rell. edd. — 78 ὃ ego scripsi, ὁ codd. et edd.; ερμάων M; πατην M; επέτελλε M, ἐπέτελε Q; — 79 ἀτὰρ CLNPQS, ὃ, quod recepi, MLNPS et ed. Porti, ὁ rell. codd. et edd.; πιθείσας G; σύνησι πιθήσας add. M 3 in M; — 80 ὁδον ηγεμόνευε και ουκ ἀμεληcε M; ἡγεμόνευε C; εἴσοδον ἡγεμόνευε, καὶ οὐκ ἀμέλησεν ἀέθλων coni. Tournier p. 18 de εἴσοδος vocis significatio lectores ad hanc Disseni notam relegans: »ἵππιαι ἔσοδοι sunt ἱππικαὶ ἅμιλλαι. Ac proprium εἰσέρχεσθαι de iis qui stadium aut hippodromum intrant ad certamen. cfr. Pyth. V 116. Sophocl. Elect. 700 et Pausaniam multis locis« (Disseni nota ad Pind. Pyth. VI 50). Schneider in rec. p. 197 εἰς ὅρος Collutho magis convenire dixit. — 81 πᾶσαν δὲ A (sed ν induxit m. sec.) CQ, πᾶσαν

δε L; πᾶσαν δὲ P, πᾶσαν δὲ S, πᾶσαν δὲ W; δελωϊτερην M; διξετο M; δίζετε C ante corr. Pleonasmum intolerabilem, qui est in λωϊτέρην καὶ ἀμείνονα, remoturus, Tournier p. 18 ἀμύμονα pro ἀμείνονα coniecit, recte refutatus a Schneidero, qui in rec. p. 197 comparat Hom. Od. α 376 δοκέει τόδε λωίτερον καὶ ἄμεινον et plura scire cupientem relegat ad Haasium (ad Xen. de rep. Lac. p. 164) et Lobeckium (Aglaoph. p. 1093). — De vv. 80. 81 haec Lennep: »πᾶσα δὲ λωιτέρην καὶ ἀμείνονα δ. μ.] Vulgo de tribus deabus intelligunt, quarum quaeque sollicita admodum erat de forma pretiosissimarum vestium aliarumque rerum ad mundum muliebrem spectantium adiumento ornanda, ut ita delicatuli pastoris arbitrio reliquis pulchrior diceretur et splendidum illud donum obtineret. Quod si tamen haec Coluthi mens fuisset non inmerito negligentiae crimen in eum impingeres, quod, nulla Iunonis aut Minervae ratione habita, unius Veneris ornatum solummodo describat et sic lectorem, qui non unius Veneris, sed trium dearum ornatum descriptum iri exspectabat, decipiat. Hinc de sola Venere quippe cui potissimum conveniret bellus iste delicatarum puellarum mundus, interpretari malo et deleta distinctione cum sequente versiculo ita coniungere:

πᾶσα δὲ λωϊτέρην καὶ ἀμείνονα δίζετο μορφὴν
Κύπρις μὲν δολόμητις ἀναπτύξασα καλύπτρην·
καὶ περόνην κ. τ. λ.«

Contradixit, quod mireris, etiam Harlesius »equidem v. 79 de deabus omnibus intelligo. nec Coluthus negligentiae adcusandus mihi videtur, quod Veneris, quae tamen primas quasi partes in hoc poematio habet, ornatum, quam ceterarum dearum, uberius describit. Atqui singulas de ornatu sollicitas fuisse, et tales fictas fuisse a poeta, patet ex versu 132«. Barbarum Lennepii commentum etiam Iulien repudiavit, qui tamen in commentario aliquot versus — nescio unde — excidisse putavit, quibus de Iunonis atque Minervae exteriori cultu egerit poeta. Qua suspicione mihi non videtur opus esse. — **82** χρύπρις C ante corr.; δολομῆτις αναπτύξασα M; ἀναπήξασα L; καλύ////ην M, ubi duae tantum litterae erasae sunt, fuerat καλύπτην. **82. 83** περόνην (pro περόνῃ) κομάων (pro κόρυμβον) et χαίτην (pro δειρήν) codd. et edd. omnes. »Mancum esse locum vidit Wernikius collato Nonn. 32, 15 καὶ περόνῃ (vulg. περόνην [quam lectionem servavit etiam Koechly]) συνέεργε νέου κληῗδα χιτῶνος καὶ πλεκτὴν θυόεντι κόμην ἐδίηνεν ἐλαίῳ« Bekk. Qui versus

nunc in Koechlyi editione recte, ut videtur, divulsi alius alio loco leguntur. Hermanno tamen p. 12. 13 Wernike hoc ipso loco comparato paene probavit mutilum esse Colluthi textum vulgatum, praeterea »in cod. Mut. quod legitur, *καὶ πτερὸν ἰθυνθέντα*, etsi videri potest ex *καὶ περόνῃ θυόεντα* corruptum esse, tamen ut in loco, in quo sine librorum auxilio nihil certi afferri potest, non omnino spreverim. Nam, ut post *καὶ περόνῃ* exciderint similia illis apud Nonnum, nihil impedit quin deinde tale quid dederit Coluthus:

καὶ πλόκον ἰθυνθέντα διαστήσασα κομάων,

quod ipsum videri potest expressum esse ex Nonni verbis eodem loco v. 12 *πολλάκι δ' ἰσάζουσα καθειμένον ἄχρι μετώπου πλαζομένης ἔστησε μετήλυδα κόσμον ἐθείρης.*« Qui locus nunc longe aliter legitur apud Koechlyum. Colluthi locum sanissimum esse putavit Schneider p. 434. 435; »nam *περόνη* vox etiam ad capillos transferri potuit, ut factum in cognata voce *πόρπη* apud Lucian. de dom. 7: *πόρπη τις ἢ ταινία τὸ ἄφετον τῆς κόμης συνδέουσα.* [Ubi tamen post *πόρπη* comma poni posse vidit Tournier, p. 20, qui aptius confert Verg. Aen. VII 815—816 »Ut fibula crinem Auro internectat.«] Quod autem Graefio offensioni fuerunt coniunctae voces *πλόκαμος* et *χαίτη*, non faciunt quidem multum ad defendum duo Hesychii loci (nam duo sunt, non unus), quos attulisse Juliano laudo vertit Hermannus [p. 13]: *πλόκαμοι· κόνδυλοι τριχῶν πεπλεγμένοι*, et: *χαίτη· ἡ ἐπὶ τοῦ τραχήλου θρίξ*, quibus non probatur, quod probari putabat Julianus, non synonyma esse *πλόκαμος* et *χαίτη*, ut utraque vox coniungi possit. poterat, ut quod volebat probaret, priori Hesychii glossae apponere aliam eiusdem lexicographi hanc: *χαῖται· αἱ κεχυμέναι τρίχες*, sed praestabat admonere loci Homerici, Il. 17, 51 *αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.*«

Melius, puto, de hoc loco sentiebat Graefius p. 244: »Coluthum ex allato Nonni loco emendare debebat Wernikius. Admodum enim suspectus genit. *κομάων*, ante *πλοκάμους* v. s. et *χαίτην*, et qui v. 134 acute emendabat *κόσμον ἐθείρης* (et acutius f. cens. Hal. *κόσμια χαίτης*) non videbat, ineptum *χαίτην* v. 83 e v. 133 emendandum esse? Quis enim sic iungat *πλοκάμους* et *χαίτην*, etsi Jo. Gaz. v. 224 non multo melius *πλοκάμους* et *κόρσην* iunxit. Jam *πλοκάμους* facile mutes in *παλάμας*; sed l. l. 133 s. una cum Nonno monstrat, scribendum esse:

καὶ περόνῃ θυόεντα διαστήσασα χιτῶνα,
χρυσῷ μὲν πλοκάμους, χρυσῷ δ' ἐστέψατο δείρην.

Verba *ΚΟΜΑΩΝ* et *ΧΙΤΩΝΑ*, *ΧΑΙΤΗΝ* et *ΔΕΙΡΗΝ* non magis discrepant, quam quae infra v. 374 confusa vides *γυναῖκας* et *κολώνας*. Et sic in extremis vocabulis ap. Nonnum saepissime peccatum.« — Hinc *δείρην*, in quod et ipse incideram, recepi (licet dubitaverit de hac voce Tournier p. 21), nimis enim videbatur capillorum mentio ter repetita, et vv. 134—135 idem flagitant. Caetera Graefii coniectura minus apta videtur, quis enim umquam fibulae ope solvit vestem? In reliquis Tournerium secutus sum, qui p. 19—21 in M libri scriptura *περόνῃ θυόεντα* latere Hermannum secutus monuit, simulque adiectivo masculini generis, *θυόεντα*, substantivo feminini generis *περόνην* paulo insolentius coniuncto offensus, *διασχήσασα* pro *διαστήσασα* et *κόρυμβον* pro *κομάων* scribendum esse vidit collato Athenaeo XII p. 526 A *διησχημένοι τὰς κόμας χρυσῷ κόσμῳ*. — **85** *δε* M; *ερωτας ἀνηστησεν* M; — **86** *ἀγων* M, *ἀγὼν* ex *ἄγων* C, *ἄγων* ALNQR et aliquot edd. vett.; *ἄγ' ὦ* pro *ἀγών* coni. Lennep; apte, iudice Harlesio. *περιπτύξασθαι* CQ, *περιπτύξα-*
ε
σθαι N; — **87** *ἀγλαΐαι με διακρίνουσι προσώπων* codd. dett. et edd. ante Lehrs., qui ex Hermanni coniectura, in quam et ipse incideram, *διακρινέουσι* edidit. Structuram plane inficetam esse ratus *σήμερον ἀγλαΐαις με διακρίνουσι προσώπου* coniecit Lennep, collato v. 253. — Cum in M *αγλαΐα με διακρίνουσα* scriptum extet, nescio an *ἀγλαΐῃ με διακρίνουσα* scribendum sit, lacunae signis post hunc versum positis. — **88** *τινι* M; *βοκουλος* C ante corr.; *οὗτος* bis habet S; *ὀπάσσῃ* (*η*) codd. dett. et edd. ante Bekkerum, *ὀπάσσει* M et rell.
σ
